



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum
Asceticum Posthumum**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

43. De Deo vt est spes nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](#)

CONSIDERATIO XLIII.

De Deo, ut est Spes nostra.

Spes nostra dicitur; 1. quia ipse est summum bonum, quod supra omnia, & præ omnibus bonis desideramus, & speramus; ad quod cor nostrum & tota spes nostra ultimò anhelat.

2. Quia ipse est, per cuius infinitam benignitatem, sapientiam, & potentiam speramus, siue agatur de medijs, siue de ultimo fine. Nemo enim præter illum potest nobis illa præstare. Itaque ipse est spes nostra, & tanquam summum bonum quod speramus, & tanquam auctor & adiutor, cuius ope speramus obtinere.

3. Etiam Christus dicitur *spes nostra*, ratione meritorum, per quæ confidimus nos omnia ad salutem necessaria, & ipsam salutem obtenturos:

tenturos: sine quibus nulla spes salutis superest. Denique dicitur Deus spes omnium finium terrae & in mari longe, quia omnes nationes à Deo bona sua expectant, & ab illo petunt.

CONSIDERATIO XLIV.

De Deo ut est Salus nostra.

Salus nostra dicitur; 1. quia liberat nos ab eterna morte. Imo quantum in ipso est, liberat omnes homines, soluedo premium abundantissimum, quod infinitis peccatoribus, & infinitis peccatis abolendis sufficiat.

2. Quia est causa donorum gratiarum, & omnium bonorum operum, quibus salutem aeternam meremur: & tota huius mundi machina eodem dirigitur, ut salute eternam consequatur. Omnia enim propter electos.

M §.

3. Quia

II.
ipse
quod
ibus
era-
tota
infi-
n,&
r de-
emo
illa
stra-
uod
ad-
nere.
spes
qua
tem
ob-
cas: